



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Sylvester Conf. 9. Iunii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

9.Iunii. VITÆ SANCTORUM. 363  
tis expenderent ! Sed eheu ! quam vili  
venditur innocentia ? Ex Surio.

In hâc vitâ virtus non est , nisi dilige-  
re quod diligendum est : id eligere pruden-  
tia est : nullis inde asserti molestiis , forti-  
tudo est : nullis illecebris , temperantia est ;  
nullâ superbiâ , justitia est . S. Aug. Epist.  
ad Maced.

S. SYLVESTER CONF. 9. Iunii.

**V**entura (namque hoc primùm S Y L-  
V E S T R O nomen erat) quo tempo-  
re Florentia à B. Jordanis ore tota pen-  
debat , fulloniam illic exercuit, ipse etiam  
candidissimæ mentis. Quare facile lo-  
cum in hoc Jordanis verba invenerunt.  
Sed rectius illi eodem tempore visus in  
cruce Christus concionatus est , plagiis  
suis semper ad misericordiam conci-  
tandam facundis. Certè semel illi visus  
cælestis Agnus nunquam postea mente  
excidit , sed velut semper eadem spe-  
ctacula expeteret , illa cæbriò inter lacry-  
mas , & singultus verba jaculari ad cælos  
auditus est : *Ad te levavi oculos meos , qui  
habitas in cælis.* Ad quæ verba mirabatur  
ille , non ad instar ceræ liquefcere ho-  
minum corda. Hæc itaque eremeticam  
vitam persuasere viro , mutato Venturæ  
in Vincentii tunc nomine. Insidianem  
castitati suæ amorem cum sentiret , urti-  
cis tergum suum armavit ; ecce fugit  
ille ,